

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 566

**Auteur(s) :** Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** lettre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1145

**Action juridique :** confirmation générale

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation générale des biens du Tréport par l'archevêque de Rouen, Hugues d'Amiens.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° IX, p. 31-36.
- b. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 60, p. 285-292.

## Dissertation critique

L'acte est probablement postérieur au 14 septembre 1145 selon Th. Waldman.

Texte établi d'après a

[Hu]go, Dei gratia Rothomagensis arch[iepiscopus, karissimis filiis suis Ful]chero abbati et c[onventui Sancti Michaelis d]e Ulteriori Portu tam present[ibus quam futuris in perpetuum.] Cum unicuique fidelium debeat jus proprium integre cons[e]rvari, ibi precipue ad tuitionem vigere debet episcopalis intentio quo re[ligiosorum conventuum esse] constiterit devotior, et quanto ferventi[ores in rel]igione perspexerit, tanto funiculis karitatis et protectionis artius debent astringi. Ea propter, dilecte in Domino Fulcheri fili abbas, de boni[s studiis tuis] certi existentes, personam tuam atque locum tuum sub protectione et defensione sancte Rothomagensis ecclesie [as]sumimus et presentis scripti pagina corroboramus : veruntamen ipsam ecclesiam Beati Michaelis in qua, D[eo auctore], congregati estis, cum ecclesia Beati Jacobi et cappella de [B]riuncheon vobis donamus et concedimus ; similiter cappellam quoque Sancti Walarici de Monte Aquoso, et ecclesiam Sancti Petri de Valle cum tota decima ; [ceterum ecclesiam] de Septem Molis cum cappella de Avennis et tota decima et cappella de Flamengevilla ; ecclesiam etiam de Haimeidis cum tota decima, et ecclesiam de Anedimmare cum tota decima, et ecclesiam de Gillem[ercourt] cum decima que ad eam pertinet, et ecclesiam de Riu cum cappella de Moncetz et tota decima, sed et ecclesiam de Buivilla cum decima tota, et ecclesiam de Penlo [cum] tota decima, et ecclesiam de Brunvilla cum tota dec[ima, atque] ecclesiam de Salceio cum decima tota ; ecclesiam [q]uoque de Fraxineta cum tota decima, et duas garbas de cultura domini de Bretezel cum ecclesia de Burgo [Tur]oldi et decima [t]o[t]a, et ecclesiam de Basochis cum [t]o[t]a dec[ima] [et] cum omnibus suis pertinentiis, et ecclesiam Sancti Martini de Bosco cum tota decima et omnibus suis pertinentiis. Preterea duas garbas quas possidetis apud Monceium de dominio domini ipsius ville, et duas garbas de f[eudo R]oberti Vavatoris vobis similiter donamus et confirmamus, cum his etiam que subscribuntur : apud Sanctum Martinum et apud Thot et apud Merlincampum duas partes decime omnium

hominum preter [domi]nium domini, et IIas omnium alliorum et cepar[um, et a]pud Thochevillam duas partes decime tocius ville ; in Aisegneio quoque duas partes decime omnium hominum excepto dominio domini, et in Grenneio duas partes tocius decime excepta terra Sancte Marie et feudo Gornai et IIIor curt[illis ; s]imiliter autem in Boscho Richardi IIas garbas decime, et in Accummaisnilo duas partes decime de feudo Audulfi et in Blangi IIas partes decime de feudo Richardi Boiste[l e]t Hilduini et Tustini de Grimolt Maisnil et Heinrici [Jaillard]i, et Anscherii patris Eustachii ; in Fonti[bus] quoque et in [Grimo]lt Maisnil IIas partes decime, et in Basinval duas partes decime de feudo Witberti et Hilduini Forest[arii, et in C]ap[puneio] IIas partes decime ; in L[onreio] similiter duas partes deci]me, et in Boaff[les IIas] par[tes decime de feudo Gaufridi filii Fulconis ; ceterum in] Maisnilo Adelardi [IIas par]tes decime, similiter et in Fulcardimonte duas partes decime [de feudo] Rogerii Baillouel, et in Merlevilla IIas partes decime [de f]eudo Radulfi filii Hildegardis, in Verleioque IIas partes [decime] de feudo Egidii de Merlevilla, et in Cutberti Villa IIas partes decime omnium hominum, excepto dominio domini ; similiter in Augo oppido et in Ulteriori Portu decimam de v[icicomita]tibus, et decimam pasnagii silvarum Augi, decimamque molendinorum Blangii et Criolii Septemque Molarum, decimamque silve Becunlunde, decimam quoque telonei de Grandicuria et de Septem Molis et de Criolio ; similiterque in Busseio [decimam] quam possedit Bernardus ejusdem ville miles, et in Toifredisvilla IIas partes decime de feudo Guntberti, de feudo Guillelmi Bloieth et de feudo Osberti de Pontivo ; decimam quoque coquine comitis, et totam decimam cultur[e fru]gum totius silve Augi, silvamque liberam in opus monasterii et ministerii monachorum. Preterea possessiones in Ulteriori Portu videlicet domos, sex ex ipsis in cambis, et duos homines vavasoires liberos, et censum lignorum, et palustrem t[erram et] prata de juxta omnemque arabilem terram que fuit de dominio comitis, et XXXa acras terre de feudo Hugonis vicecomitis vobis donamus et concedimus, et omnes homines vestros liberos ab omni consuetudine et exactione preter quod ad the[loneum] pertinet ; piscem quoque qui vocatur sturium, ita duntaxat si homines vestri illum ceperint, de crassoque pisce alam unam et medietatem caude ; et in Augo mansiones IIIor cum uno viridario, villam etiam Maisnili Vallis cum portu, villa[m]que de Caisnolt et Maisnilum Soreth, et Maisnilum Adelardi, Remceun quoque Maisnilum, Grimolt Maisnilum et Boistel Maisnilum ; sed et in Fulcardimonte Ios hortos, mansiones hospitem Ve unumque molendinum ; Fontanas similiter et q[ui]cquid ad e[as] pertinet, excepto teloneo et parrochia, et in Septem Molis terram unius carruce, in eademque villa juxta assaltum Durandelli VIIem acras terre ; ceterum in Criolio molendinum unum et IIas mansiones liberas, et jugera pra[ti duo, in] Anedimmare autem fiscum qui fuit Rogerii ejusdem ville, totamque terram Gozoldimare ; medietatem quoque Verlei cum uno molendino, et in Burgo Turoidi XXXa Ve acras terre, terram etiam de Falcis ; similiter aquam de Criolio VIIIo[diebus ante] festivitatem sancti Michaelis, et ipsa nocte ejusdem festivitatis aquam de Augo, sed et ante festum Translationis sancti Benedicti aquam de Criolio IIIor diebus, et eadem nocte festi aquam de Augo, eandemque piscationem in festi[vitate sancte] Marie Magdalene, sola nocte ; in Augo autem oppido in omnibusque villis comitatus Augi, quicquid homines contulerunt vel daturi fuerunt, absque capitibus honorum ; in Gillemercut vero fiscum Iorum hominum de feudo [Roberti fil]ii Turoidi, in eademque villa servitium terre Sensgalonis de feudo Willelmi Talaboth, et in Salceio terram ad ecclesiam pertinentem et unam acram prati ; in Assenneio quoque duos ortos de feudo domni ville, con[vectionem]que decime d[e] agris ad villam, ut pridem fieri solebat, et Maisnilum Osterlandi cum terra sibi subjecta liberum et quietum in usus pauperum sicut dominium comitis, et [in Rieu duos hospites, medietatem] quoque ville Fraxinete, [et medietatem bosci ejusdem ville ; medietatem similiter bosci Henrici Bisete et Bonvilarii cum tota decima, et terram de Croteio cum tota] decima utriusque partis de feudo Guillelmi Clarifolii, terram etiam de Sancto Cornelio de feudo Eingerranni de Belnai et Gr[imoth] ; in Haimeidis] autem terram trium hospitem, et in Huensis Hulseinsi [X]II jugera arabilis terre ; de feudo Petri prepositi de Grandicuria IIas quoque garbas omnis terre ejus, similiter de terra Alveredi patris Roberti, et de terra Gualterii, [Goscelini W]illelmique Samin, Romerii quoque de Doith et Willelmi Ruf[i, et ..... ] de Puteis et Walterii filii Reinseindis, de Ve acris Willelmi Venatoris IIas garbas, de aliis autem Ve acris tertiam partem, et de terra Eingilardi IIas[garbas, si]militer et de feudo Abraham IIas garbas in terra de Gornai, in terra autem de Pissi, in terra de Marcelmorth ; in Puteis etiam de feudo Hugonis de Viridiario IIas garbas, de Turoidi feudo similiter IIas ; [in Trunceio] autem de feudo Roberti Morel duas garbas, et de feudo Milonis et de feudo Gualterii Walgarth, de feudoque Lamberti filii Wlgerii et Hugonis de Valinis ; in Junceria vero decimam de feudo Capp[oa]m, et in Criol]io XX solidos ad emendum vinum missarum, et in Augo oppido nundinam festivitatis sancti Johannis Baptiste liberam et quietam, ut comes eam possederat ; in Assenvilla IIIes acras prati, et ad molendinum Frael[ville, ad lu]men ecclesie emendum, singulis annis, de dono Anelli unum modium frumenti, et in Flamengevilla unum pratium ; in Godewin Maisnil duas garbas de terra Roculfi, decimam quoque omnis vini vicecomitat[uum et molen]dinorum et boscorum Augi, et decimam maierie, sed et in Englesche Villa de feudo Gaufridi de Evremou IIas garbas decime, et in Belevilla Ios hospites ;

de Willelmo etiam clerico Sancti Sulpitii [sex mi]nas bladi. Preterea quecumque possessiones aut bona ecclesie vestre canonice collata sunt, vel in futurum, Deo auctore, justis quibusque modis poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneant, salvo in omnibus sancte R[othomage]nsis ecclesie jure et parrochialis presbiterii. Cunctis [autem ei]dem loco justa servantibus sit pax Domini Nostri Jhesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et in futurum ante districtum judicem prem[ia p]lacis inveniant. Quicumque vero, hujus diffinitionis nostre paginam sciens, contra eam venire temer temptaverit, secundo tercioue commonitus, nisi digna satisfactione emendaverit, districte ultioni subjaceat, [et in e]xtremo examine indignationem Dei omnipotentis incurrat. Actum est hoc Rothomagi, anno ab Incarnatione Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. [V<sup>o</sup>], pontificatus vero [pape Eugenii anno] primo, nostri autem XVI<sup>o</sup>, regnante in Francia [rege Ludo]wico, principante in Normannia Andegavensi comite Gaufredo.

Ego Hugo, Rothomagensis archiepiscopus, [subscripsi].

Ego Freherus, abbas Sancti Audoeni, subscripsi.

Ego Walterus, abbas Sancte Trinitatis, subscripsi.

Ego Walterus, abbas Sancti Wandregisili, subscripsi.

Ego Eustatius de Gimiguiz abbas subscripsi.

E[go Walterus, decanus] subscripsi.

Ego [Fulcherus, archidiaconus,] subscripsi.

Ego [Ricardus, archidiaconus,] subscripsi.

E[go] Osmun[dus, archidiaconus,] subscripsi.

E[go Guillelmus, archidiaconus,] subscripsi.

Ego [H]ugo, [archidiaconus] subscripsi.

Ego [H]ilo, [archidiaconus] subscripsi.

Ego Laure[ntius, archidiaconus] subscripsi.

Ego Rogerius, [sacrista] subscripsi.